Q. B. F. F. Q. S.

RECTOR UNIVERSITATIS

EDUARDUS BAUMSTARK

PHIL. DR. AA. LL. M. CAMERALIUM PROF. P. O.
ACAD. CAMERAL. ET GEORG. HILDENS. DIRECTOR
EGI A CONSILIIS REGIM. INTIMIS ORDINIS AQUILAE RUBRAE CL. IV. ADSCRIPTUS

SUCCESSORI SUO DESIGNATO

ERNESTO IMMANUELI BEKKER

IURIS UTRIUSQUE DOCTORI IURIS PROFESSORI P. O.

IDIBUS MAIIS HOR. XI.

IN AUDITORIO MAGNO

MAGISTRATUM SOLLEMNI RITU TRADITURUS EST

AD QUEM ACTUM CONCELEBRANDUM UT FREQUENTES ADESSE VELINT CIVES ACADEMICI OMNESQUE QUI HUIC UNIVERSITATI FAVENT QUA DECET OBSERVANTIA INVITANTUR.

I N E S T

ENUNTIATIO PRÆMIORUM IN CERTAMINE LITTERARIO ANNI SUPERIORIS ADIUDICATORUM ET QUÆSTIONUM NOVARUM IN ANNUM MDCCCLXVI PROPOSITARUM.

GRYPHISWALDIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

MDCCCLXVI.

1866

ndicimus civibus academicis summum universitatis nostrae magistratum e crastino a Viro Clarissimo, qui adhuc eo functus est, in eum translatum iri, quem collegarum suffragia successorem illi destinarunt. Novus item Rector, posteaquam rite magistratum susceperit, auspicabitur unus suum renuntiandis eorum commilitonum nominibus quibus propter lutas quaestiones superiore anno propositas praemia adiudicata sunt. oc autem programmate, antequam novae quaestiones in proximum num propositae promulgantur, referendum est de illius certaminis entu, quod ante biennium indictum fuit, nominaque eorum, qui praea reportarunt et Rectoris voce victores renuntiati sunt, etiam hoc co publicanda.

ORDO THEOLOGORUM

ıs proposuerat quaestiones:

1. *Vita Hiskiae regis Iudaeorum enarretur fontibus et sacris et profanis exploratis*;
2. *Elementa doctrinae ethicae*, *quae in libris ecclesiae nostrae symbolicis reperiuntur*, *explicentur accuratius.*

Harum ea, quae secundo loco perscripta est, ab uno commilitone ita sollerter tractata est, ut praemium ei adiudicari potuerit. Fuit is

Cleophas Rathke, Pomeranus, stud. theol.

ORDO IURISCONSULTORUM

has duas quaestiones proposuerat:

1. *Sententia recusationem iudicis suspecti admittente quousque irritum fiat iudicium ex iure canonico, imprimis cap. 41. § 1. X. de apellatt. et cap. 5. de officio iudicis delegati in VI. perpensis diiudicetur;*
2. *Explicetur cap. 13. X. de testament. (3. 26.): „qui extremam voluntatem in alterius dispositionem commmittit, non videtur decedere intestatus".*

Sed neutra earum a quoquam soluta est.

ORDO MEDICORUM

has duas proposuerat quaestiones:

1. *Exponantur et diiudicentur theoriae, quae recentissimis temporibus de mechanismo et de therapia luxationum femoris propositae sunt;*
2. *Colligantur et diiudicentur sententiae a scriptoribus de causis mortis foetus intra graviditatem et partum propositae;*

quarum ea, quae secundo loco legitur, ita soluta est, ut Ordo Medicorum auctori praemium adiudicandum esse decreverit. Auctor fuit

Adolphus Epping, Guestphalus, stud. med.

ORDO PHILOSPHORUM

as quatuor quaestiones proposuerat:

1. Virorum doctorum de Platonis Phaedro sententiis diiudicatis quid de illius dialogi aetate argumentoque statuendum sit exponatur.

2. Inquiratur in Zosimi historiarum fontes et quomodo eis usus sit exponatur.

3. Si fluidum aquiforme effluit e tubo tenui in tubum latiorem, observatur pressio negativa in tubo latiori. Experimentis investigetur lex variationis huiusce pressionis inde a loco conversionis et, si fieri potest, communicetur cum legibus frictionis.

4. Davidis Ricardi doctrina de fundorum reditibus nuperrime ab H. C. Careio in libro quem de fundamentis coniunctionis hominum socialis scripsit, rationibus peculiaribus impugnata est. Postulatur descriptio et comparatio critica sententiae utriusque de fundorum reditibus, ratione habita eorum, quae Joannes Henricus a Thuenen in libris de civitate solitaria et ab aliis dissociata conscriptis proposuit.

Quaestio prima non ita tractata est, ut auctor praemio dignus videretur. ui ceteras solvere conaretur nemo extitit.

Novae quaestiones, quibus tractandis commilitonum industria se exerceat, in annum sequentem proponuntur haece:

AB ORDINE THEOLOGORUM:

Quid viri et ecclesiastici et haeretici tribus primis ecclesiae saeculis de natura et vi salutari resurrectionis Jesu Christi docuerint, quaeritur;

AB ORDINE IURISCONSULTORUM:

Explicentur responsa Papiniani, quae restant in Fr. 58. princ. § 1. 2. D. ad SCtum Trebellianum;

AB ORDINE MEDICORUM

quaestio anno superiore non soluta:

Exponantur et diiudicentur variae scriptorum sententiae de curatione laryngis et tracheae inflammationum et, quibus ex caussis curatio locis ipsis morbo affectis adhibita ceteris praestet methodis, observationibus et experimentis demonstretur;

et altera nova:

Colligantur et exponantur variae scriptorum theoriae de Uraemia, praecipue vero sententiae recentissimo tempore propositae adhibitis experimentis diiudicentur;

AB ORDINE PHILOSOPHORUM

1. **Philosophica:**

Kantii doctrina de antinomiis, quae in libro inscripto: „crisis intellectus puri" continentur, exponantur et diiudicentur;

Darstellung und Kritik der Lehre Kants von den Antinomien der reinen Vernunft;

2. **Historica:**

Bella servilia ducibus Euno, Athenione et Spartaco contra rempublicam Romanam mota quibus ex caussis orta et quomodo gesta sint nec non quidnam momenti in conditionem servorum habuerint, adhibitis genuinis fontibus exponatur.

Repetitur praeterea quaestio iam superiore anno proposita sed non soluta;

3. **Mathematica:**

Exponatur theoria generalis triangulorum loxodromicorum in superficiebus rotatione genitis cuiuslibet generis, praecipue vero in superficie ellipsoidis et sphaerae.

Leges certaminis hae sunt:

1) Inire certamen omnibus licet, qui vel hoc semestri cives huius universitatis sunt, vel posthac ante Cal. April. anni proximi civitatem eius nacti erunt.

2) Sermone omnibus utendum est Latino.

3) Scriptiones omnes plane et distincte litteris exaratae ante Cal. April. anni proximi secretario universitatis in cancellaria academica tradendae sunt.

4) Unicuique scriptioni dictum aliquod inscribendum est, adiiciendaque schedula obsignata eodem dicto inscripta, quae nomen auctoris et patriam domiciliumque indicet, asseveretque fide data, qui nominatus sit, vere auctorem scriptionis esse.

5) Praemia victoribus constituta sunt thalerorum quadragenorum.

6) Iudicia facultatum nominaque victorum novus Rector universitatis Idibus Maiis suscepto magistratu in sollemni conventu renuntiabit.

Dabamus Gryphiswaldiae d. XII. m. Mai ann. MDCCCLXVI.